



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,  
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

**Regnault, Valère**

**Mogvntiæ, 1617**

Cap. 9. De peccato iræ,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78332](#)

illicita nō est, ne quidem venialiter: obligatio consurgit im-  
plendi illud quod ita promissum est, ex cap. Debitorum De  
iure iurando. Et ratio est, ne ea iniuria Deo irrogetur, qua  
censendum sit in testem infidelis promissionis adductus.

Secunda propositio est, Quando bellum est iniustum ex  
parte capientis, captiuus potest aufugere si non dederit fi-  
dem se aufugere nolle. Ino quantumcumque id iurauerit, &  
postea aufugerit, licet grauerit peccet fugiendo, Præstatam  
cum eo dispensare potest, ex capitulo. Si vero, De iure  
rando.

Tertia: Capti in bello etiam iusto si fidem non dederint  
se aufugere nolle, possunt aufugere. Quamvis enim glossa  
ad capitulo. Ius gentium distinct. i. verbo Seruantes, secus sen-  
tient per capitulo. Si quis seruum, 17. quæstio. quarta: probabi-  
litas tamen est sententia Sotii libri. 4. De iustitia & iure, quæ-  
stio 2. articulo 2. dicentes, quod quiuis captiuus potest aufugere  
siue sit Christiatus huc non. Ratio est: quia huiusmodi  
captiuus est pena quadam iuriis quoq; infligitur a victoriis  
qui locum tenent iudicis in bello iusto, ut supra diximus.  
Sicut ergo non est obligatio subeundialias penas, nisi  
quando a iudice infligantur, ita ut infligendis euaderem cum feri-  
potest, non sit illicitum: sic etiam, quia captiuus pena est cor-  
poris, quia vexandus est captiuus, is licet potest aufugere ad  
illam euadendam. Canon autem quæ citat memorata glossa,  
intelligendus est de seruus emptiis quos constat non debere  
aufugere, quia dominos suis priuarent sua possessione. Illi  
vero de quibus agimus, tantum eripiunt se a pena captiuatatis.

**QUESTIONE II.** An captiuus possint in bello iniusto ex-  
ercere actum aliquum ad idem bellum sp&atum. Cui quæ-  
stionis ut satiasit præmitendum est: in bello notari primo,  
actum per quem hostis immediate offendit: in bello, cuius-  
modi sunt telorani iactus, bombardarum dislocationes, & alijs quibus  
configitur cum hoste. Secundo notari actum, qui quamus sit  
ex le indifferentis, & possit ad alium ordinari quam ad bellan-  
dum, dispositio est tamen, & via ad ipsum bellandi actum:  
ut remigare in triremi Turcarum, aportare sarcinas, & ne-  
cessaria ad bellum, munire vallo castrum, extruere propugna-  
cula, & si quid aliud est huiusmodi. Ad quæstionem ergo cum  
Molina in tom. 1. tract. 2. de iustitia & iure, disput. 115, respon-  
det sequentibus propositionibus.

Prima est, Ne quidem mortis metu fas esse captiuus in bello  
quod norunt iniustum, pugnare: aliquem interficiendo, vul-  
nerando, persecuendo. Probatur: quia id intinsecus malum  
est, utpote innocentis percussio absq; iure & autoritate. Se-  
cunda est, Metu mortis, aut alterius notabilis detrimēti, vel  
abscissionis membra, fas esse remigare, alias similia facere.  
Probatur quia tales actus ex se indifferentes sunt, & ab agenti  
in bonum finem referuntur: nimis ad vitæ propriæ  
coſervationem, quam ex lege charitatis homo anteferre pos-  
set vita aliena. Nec refert quod is agat accōmodate ad no-  
cendum innocentibus, quia nihil tale intendit: sed rotum id  
prouenit ex malitia hostis iniusti, à quo ad talen actum me-  
tu incusio impellitur. Tertia est, Si non imminent notabilis  
detrimento periculum, peccatum esse mortale captiuus,  
aliquid talium facere. Ratio est, quia quiuis, si sine suo  
notabilis detramento potest, debet impedire aliena damna  
iniusta. Quare ad illa, ne quidem per accidentis cooperari  
debet.

Quarta est, Ad vitandum maximum sua recipublica  
damnum ut ad impediendam alicuius insignis calisti, vel ciuitatis,  
vel regis, aut alterius insignis personæ captionem ab ho-  
stibus, captiuum teneri abstinere à dictis actibus, etiam si  
mors illi subeunda sit. Probatur: quia pro maximo Rei-  
pub. bono tenetur quisque sub mortali vitam suam exponere.  
Talis tamen casus raro evenire potest, cum vix desint  
qui facile præstent id quod talis reculareret facere: ita ut illius  
reculatio non censetur simpliciter necessaria ad vitandum  
tale dampnum. Quinta est, Metu mortis, aut amissionis mem-  
bra fas esse captiuus nocumentum inferre innocentibus in  
bonis externis: ea ad hostium imperium destruendo, capi-  
endo, aportando in triremes. Probatur: quia tunc talibus  
bonis externis indigent ad vitam propriam conseruandam.  
Et quantum fas est cuique in extrema necessitate sumere de  
bonis aliorum ad conseruandam propriam vitam, tantum

damni fas est eiusmodi captiuus, inferre bonis aliorum ad  
tuendam vitam propriam.

#### De repressaliis.

**S**Vpereft quæstio de repressalijs vtrum sint licita. Quæ vt  
Sintelligatur obseruandum est, quod cum quis iniuste suis  
rebus spoliat, nec potest alia ratione obtinere iustitiam,  
facultas ei concedi soleat, vt tantumdem accipiat ab alijs qui  
ad spoliates pertinent, hoc est, qui sunt de eodem regno,  
vel prouincia. Quæ facultas dum exercetur sepe interuen-  
iunt cades, vnde istud est genus quoddam belli. Communi-  
autem sententia Summulariorum in verbo Repressalia  
est (vt quæstioni respondeamus) quod repressalia sint iusta  
naturā licita, dummodo adhuc tres conditions: sine qui-  
bus peccatum committitur utendo tali modo persequendi  
sua iniurias. Prima est: vt cum repressalia sint bellum quod-  
dam offensuum, interueniant quæ in scđ. i. quæst. 4. pro-  
posita sunt requiri in iusto bello offensiu. Secunda: vt non  
plus accipiat quam ablatum fuit, aut certe quam respon-  
deat iniurijs illatis. Vnde quia istud sapientia non obseruat,  
fit ut repressalia ipsa dicantur periculosa, nec saty conueni-  
re aquitati naturali. Tertia, vt repressalia non decurta  
contra personas Ecclesiasticas. Nam, qui illas dederit nisi reu-  
ret intra membra, excommunicatur per capitulo. vnicum Dein-  
iurijs in 6.

Circa quod aduerte non incurri talem censuram si detur  
alii facultas accipendi à Clerico debitore, bona aquila-  
menta suo debito, quod aliter recuperare non potest: quia  
non est dare repressalias: ad quæ requiritur, vt vnu grau-  
ter pro alio, propter modum quendam pignorationis. In illo  
cau autem Clericus grauatur pro scipo.

Aduerte secundo, Eadem censuram incurri nō tantum  
quando repressalia conceduntur expresse contra personas  
Ecclesiasticas, sed etiam quando concessæ contra locum in  
quo sunt persona Ecclesiastica, circa has bona que carum il-  
le extenduntur, vel executioni mandantur. Id quod in eodem  
capitulo, satis significatur, cum ultra concessionem exten-  
sio repressalia circa personas Ecclesiasticas prohibetur:  
concessio quidem Superioribus, extensio vero Inferioribus  
exequentibus illam: quantumcumq; factam ab habente po-  
testatem sufficientem & causâ bene ponderat, inveniāque  
iusta: quia textus generaliter loquitur. Ita post glossam ad  
idem capitulum, habet Nauar. in Enchir. cap. 17. nu. 136. Co-  
sequenter attingens quod in verbo Concedi, habet eadem glo-  
sa: talis extensionem, ne tunc quidem fieri posse, cum re-  
pressalia dantur ob debitum Clerici.

Quibus ad quod Starez notat in 3. par. D. Thom. tomos.  
disput. 23. scđ. 4. numero 50. cum in re proposita Inferiori vt  
resipicit, eadem proportione mensis spaciū concedatur,  
quæ Superiori vt suam facultatem reuocet: sicut hic ab  
illo die quo talem licentiam cōcessit debet computare mensis  
intrâ quem nisi il am reuocet, censuram incurrit, et  
iam si execuſio nondum inchoata fit: ita Inferiorem debe-  
re talem mensem computare ab eo die quo executionem in-  
choauit, sive concessio multo, sive modico tempore prece-  
serit: quoniam ea temporis differentia nihil facit ad cul-  
pabilem executionem, ob quam proposita censura imponi-  
tur, & cuius respectu datur spatium vnius mensis ad resipic-  
scendum.

#### C A P . I X .

##### De peccato iræ.

##### S V M M A R I V M .

- 121 *Ira duplex est quadam in parte sensitiva hominis, & quedam  
in intellectu existens: quarum neutra est de se mala.*  
122 *Quando contingat iram esse malum.*  
123 *Quando mortale committatur irascendo.*  
124 *Tres modi iræ male.*  
125 *Ira peccatum est capitale cuius sex filiae ponuntur.*  
126 *De indignatione, & tumore mentis.*  
127 *De blasphemia, clamore & contumelia.*  
128 *De rixa.*

Ad

**A**d quantum Decalogi preceptum reduci peccatum iræ patet ex verbis Domini Matth. 5. Auditis quia dictum est antiquis. Non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis: quia omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri Raca, reus erit concilio. Qui autem dixerit fatue reus erit gehenna ignis.] Haec enim satis indicant id ipsum preceptum violari non tantum per homicidium, sed etiam per iram tendentem ad illud: seu qua quis optat mortem proximi. Eiusdemque iræ tres distingui gradus (quod D. Thomas notat. 2. queſ. 158. art. 5. ad 3. Primum, ira intus latentis: secundum, ira foras prorumpens in contumeliam, sed leuorem: qualis est Raca; & tertium, prorumpens in contumeliam grauem: qualis est fatue.

## Documenta de peccato iræ.

**A**d iudicandum autem specialiter de peccato iræ nota-  
da sunt sequentia documenta. Primum est, quandam  
iram esse homini cōmūnem cum bestijs: ex eo in parte sen-  
situā contingentem, quod ille percipiat sensu malum ali-  
quod fibillatum, vel proxime inferendum, quod non pos-  
lit se facile repellere. Etenim ex tali perceptione nascitur,  
tanguam eiusdem mali leuamen, appetitus viciſſim ei qui intu-  
lit aut illatus est, inferendi aliud malum. Quandam vero  
esse propriam hominis, contingentem in rationali parte;  
quando intellexit malum illatum aut inferendum percipi-  
ente, oritur in voluntate desiderium ei qui intulit illud, aut  
illatus est, inferendi aliud malum, ut ipsum illatum aut  
inferendum repellat: ex eaque repulſione ira definitiſſim  
faret appetitus vindictæ, quæ est definitio vtrique iræ communi-  
nis.

Secundum documentum est: Iram in parte sensitiva ho-  
minis existentem non esse peccatum ex se, cum non sit  
actus ex libera voluntate proueniens, sed, sicut ceteras paſſio-  
nes, rem indiferentem esse. Certe non esse de se malam ex  
eo patet, quod valde vilis sit naturæ ad suū conservationem.  
Vt enim illam amor ad boni prosecutionem iuuat; sic ira ad  
mali seu nocui depulsionem: neq; eam torpore ac languore  
patitur.

Tertium documentum est. Neq; iram in parte rationabili  
existentem esse de se malam, sed bonam esse posse, iuxta il-  
lad Pſal. 4. Irascimini & nolite peccare.] Quod & probatur,  
quia potest esse rationi consentanea; vt censetur ea qua Dæ-  
moni, quia nobis author fuit mali, irascimus, decernendo ei  
deinceps obſtare, nec vñquam ei acquiescere: atque adeo  
peccatum per quod ei conſenſimus & potestate in nos ha-  
bet, ab anima noſtra cum Dei auxilio eliminare omnino.  
Qua ratione ira dicitur zelus.

Quartum documentum est. Eandem malam seu pecca-  
tum esse (quaratione dicunt irascendum) cum in ea modus à ra-  
tione præceptum non feratur. Quod contingere potest primo,  
ex parte obiecti: idq; dupliciter; vel cum appetitus  
vindictæ iniusta: qualis censetur ea cuius non datur cauſa le-  
gitima; aut qua maior est quam oporteat; vel cum absque  
publica autoritate vindictæ mandatur executione. Con-  
tingere potest secundo, ex parte motus eiusdem iræ, vt cum  
quis nimium excandescit iaterius, vel per signa nimium pa-  
tefacit exterius ipsum iræ motum. Priore modo autem pec-  
catum est suo genere mortale, cum sit contra charitatem in  
proximum, vel contra iustitiam. Quod tamen, sicut alia, ve-  
nitale esse potest: tum ex defectu plenæ deliberationis, ut cum  
illius motus præuenieret perfectum rationis iudicium; tum  
ex paruitate materiæ seu monumenti quod infertur: vt cum  
quis ex appetitu vindictæ modicum malum alteri infert, vt  
qui puer aliquantulum vellit capillos: quod est exemplum  
D. Thomæ in cit. queſ. 158. art. 3. Postiore modo vero pec-  
catum est suo genere tantum veniale; vt pote quo de se nec  
charitas in proximū nec iustitia ladietur, nisi forte quis adeo  
iræ accendatur interius, vt paratus sit facere aliquid quod  
peccatum sit mortale: aut exterius illam ostendat signis qui-  
bus grauerit scandalizet præſentes.

Constitutum sit igitur ex his; peccatum mortale com-  
mitti irascendo, primo, si homini innocenti desideretur gra-  
ue malum: secundo, si innocenti quidem, sed qui non sit tan-  
tum malum meritus, quātum illi desideratur: tertio, si & no-

centi, & qui tantum malum meritus sit quidem, sed deside-  
rat illi inferri contra obdinem iustitiae: nempe non publi-  
ca sed priuata autoritate. Exemplum est de eo qui vult per  
seipsum occisorum fratris inferre mortem quia dignus est: pec-  
cat enim mortaliter tali appetitione vindictæ, ob defectum  
recti ordinis iustitiae qui requirit ut vindicta (qua infligitur pena  
personalis, quam persona pati non tenet nisi post sententiam  
iudicis) fiat à magistratu, non item à persona priuata: nisi vr-  
geat necessitas defensionis in praesenti periculo: seu, ut Iurif-  
confulti loquuntur, incontinenti: quomodo Francisc. à Vi-  
ctoria in relect. De iure belli, numero 5, excusat eum qui  
accepto colapho, impingentem gladio incontinenti persecut-  
erit, quando ad vitandam infamiam notabilem necessariū ei fuerit. Postremo si feruentur quidem prædicta, sed desit  
finis debitus: vt quando ex odio priuato optatur alicui per  
iustitiae ministros inferri graue malum quod vere meritus est.

Quintum documentum est: Tres distingui modos iræ malæ ex Aristot. lib. quarto, Ethic. cap. quinto, quos post  
Diuum Gregorium Nyssenū, & D. Damascenū, D. Tho-  
mas in sequenti artic. quinto, tangit. Primum est, quo aliqui  
celeriter irascuntur: & quibus non oportet, & quando non  
oportet, & vehementer, quam oportet, sed statim pla-  
cantur: similes calamis, ut habet Diuus Gregorius Romanus in  
libr. quinto Moral. capit. 3. qui citius quidem flammam faci-  
unt, sed protinus in fauilla frigescunt. Secundus est, quo aliqui  
postquam excanduerunt, sunt prope modum implacabiles:  
non disparē, ut ibidem habet D. Gregorius lignis durioribus  
qua accensionem tarde suscipiunt, sed semel accensa dif-  
ficilis extinguntur. Habet autem hic ira modus funda-  
mentum in humore melancolico, sicut præcedens in  
humore bitiso. Tertius, demum modus est, quo aliqui ira  
percit in unquam placantur, nisi iniuriam vlti sint: non tam  
ob melancholiā aut bilem, vt antedicti: quam quia imagina-  
tionem defixam habent in vltionem, cuius facienda conueniens  
tempus expectant. Aduersus quos haberur illud  
D. Pauli, ad Roman. 12. Non vosmetiplos defendantes  
(Greci in diuīnō autē, id est, vñſcentes) charissimi, sed da-  
telocum iræ; scriptum est enim: Mihi vindictam, & ego re-  
tribuam.]

Possunt autem iijdem modi spectari: vel ut initium, &  
qua fundamentum habent in naturæ dispositione: qua ra-  
tione passiones sunt nec bona, nec malæ moraliter; vel ut  
voluntaria sunt, seu dependent a consensu voluntatis: eaq;  
rationes sunt peccata specie distincta, per distinctas specie in-  
ordinationes, quas illis inesse satis intelligitur ex antedictis,  
& ad citatum art. 5. Caiet ostendit.

## De iravt est peccatum capitale.

Postremum documentum est ex D. Thoma in eadem queſ.  
158. artic. 6. Peccatum iræ inter Capitalia ponit, quia  
plura alia solent ex eo nasci sive ex parte obiecti ipsius, quod  
est vindicta; ad cuius appetitionem sub ratione iusti, & ho-  
nesti, studium propriæ dignitatis solet allucere; sive ex parte  
impetus, quo in ira ipsa, homo ad multa inordinate agen-  
da, & ad quidvis audiendum, vindictæ desiderio, se præci-  
pit. Hinc ex Diuno Gregorio in libr. 31. Moral. capit. 31. à  
D. Thomâ in sequenti articulo septimo, ponuntur sex filiæ  
peccati iræ, nempe indignatio, tumor mentis, clamor, con-  
tumelia, blasphemia seu maledictio, & rixa: ad quarum de-  
clarationem constituit, iram habere tres status.

Primum quidem in corde, vbi parit indignationem, &  
tumorem mentis. Indignatio autem est, qua illum à quo  
nos aliquid pati contingit, contemnimus, ac vilipendimus  
tamquam indignum à quo tale quid patiamur. Ea vero  
tunc est peccatum mortale, cum habet coniunctum perso-  
na contemptum, contra charitatem proximo debitam; aut  
cum in tantum procedit, vt paratus quis sit non iuuare talē  
proximum in ijs in quibus tenetur præcepto sive charitatis,  
sive iusticia: aut se ab illius amicitia, & conuersatione sub-  
trahendo notabile scandalum adferat alijs: Extra quos ca-  
sus peccatum esse tantum veniale expressit Toletus in tract.  
De peccatis capitalibus, cap. 58. Tumor mentis vero est, quo  
quis irascens extollit seipsum, ac præfert alteri. Vnde infur-  
gere audet ad sumendum vindictam: ex qua audacia præterea